

Si uero AFB angulus fuerit XII . habebimus prosthaphæresim partem unam, scrup. $XXIII$. si $XVIII$. partes duas, scrup. $IIII$. & sic de reliquis ac eo modo, ut circa annuas prosthaphæreses superius dictum est.

Quomodo æqualis apogei solaris motus unâ cū
differente explicetur. Cap. $XXII$.

Quoniam igitur tempus, in quo maxima eccentrotis principio primæ ac simplicis anomalix cōgruebat, erat Olymp. $CLXXVIII$. anno eius tertio, Alexandri uero Magni secundum Ægyptios anno $CCLIX$. & propterea locus apogei uerus simul & medius in $v. s.$ grad. Geminorum, hoc est, ab æquinoctio Verno grad. $LXV. s.$ Ipsi us autem æquinoctij præcessio uera tum etiam cum media congruente erat part. $IIII$. scrup. $XXXVIII. s.$ quibus reiectis ex $LXV. s.$ gradibus, remanserunt à capite Arietis fixarum sphaeræ grad. LX . scrup. LII . apogei loco. Rursus Olymp. $DLXXIII$ anno secundo, Christi uero $M. D. XV$. inuentus est apogei locus VI . grad. & duabus tertijs Cancræ, sed quoniam præcessio æquinoctij Verni secundum numerationem erat part. $XXVII$. cum quadrante unius, quæ si deducantur à $XCVI$. gradibus medietate & tertia, relinquunt $LXIX$. scrup. XXV . Ostensum est autem, quod anomalia prima tunc existente partium $CLXV$. scrup. $XXXIX$. fuerit prosthaphæresis part. II . scrup. VII . quibus uerus locus medium præcedebat. Patuit igitur ipse medius apogei Solaris locus part. $LXXI$. scrup. $XXXII$. Erat igitur in medijs annis $M. D. LXXX$. Ægyptijs medius & æqualis apogei motus part. X . scrup. XLI . quæ cum diuisa fuerint per ipsorum annorum numerum, habebimus annuam portionem scrup. secunda $XXIII$. tertia XX . quarta $XIII$.

A Deanoma